

CARMEN SECVLARE  
IN  
DVCENTESIMVM NATALEM  
GREGORII MAETTIGII,  
DIE XXV. SEPTEMBRIS, c1515CCLXXXV.

FECERVNT

SODALES MAETTIGIANI,

CAROLVS TRAVGOTT HENNIG, LOEBAVIENSIS.  
ERNESTVS TRAVGOTT BORNIS, BVDISSENSIS.  
IOHANNES CHRISTOPHORVS CASPAR, DAVBITZ LVSATVS.  
FRIDERICVS AVGVSTVS LEVPOLD, BVDISSENSIS.  
GOTTLOB AVGVSTVS LEISSNIG, HOYERSWERDENSIS.  
AVGVSTVS CHRISTIANVS HOEFNER, BVDISSENSIS.  
IOHANNES IMMANVEL HANSI, WEIFFA MISNICVS.  
GABRIEL AVGVSTVS ZIMMERMANN, BVDISSENSIS.  
ERNESTVS BENIAMIN SCHMIEDER, DAVBITZ LVSATVS.  
IOHANNES GEDAN, BVDISSENSIS.  
HENRICVS AVGVSTVS BVETTNER, LAVTA MISNICVS.  
IOHANNES CHRISTOPHORVS MROS, QVATITZ LVSATVS.  
IOHANNES ANDREAS LORENZ, IOEHSTADT MISNICVS.  
THEOPHILVS EPHRAIM TAVERSCHMIDT, DRESDENSIS.

---

BVDISSAE, LITTERIS VIDVAE SCHOLZIAE.

**D**exter adi iuuenem pede, tu Thymbræe, secundo,  
Carmina si curæ sunt tibi facta pie.  
O liceat nobis Orpheo pollice suauem  
Dirçæi vatis follicitasse lyram!  
Quæ patris possit remorari flumina Sueui,  
Si canimus festam, quæ redit alma, diem.


**V**rbs antiqua iacet, Sorabi tenere coloni,  
Prospicit a Zephyro Misnica rura leui.  
Amnis lambit eam fugiens per deuia faxa,  
Monstro qui Flinzi nobilitatus erat.  
Hæc inculta diu stabat dominata Boëmo,  
Nunc leni sceptro Saxonis vsque viget.  
En alias inter tantum caput extulit vrbes,  
Quantum inter Nymphas virgo Diana solet;  
Lufaticum quæ de scopulo circumspicit orbem,  
Imperii atque Ducum clara Budiffa domus.  
Recte municam proprio cognomine dicunt,  
O decus! o laus! quæ tempus in omne manet.  
Ecce Dei numen gaudet quoque nomine tali,  
Terris quo maius nil fuit, est, et erit.  
Ille fouet miseros, illi clementia curæ,  
Munere quæque dies itque, reditque Dei.  
Est aliquid placuisse viris, qui regna tuentur,  
Sed placuisse Deo gloria maior erit.  
Orbem iam totum victrix superauerat armis  
Roma, tamen nunquam nomina tanta tulit.  
Est bonitatis honos, tantum benefacta perennant,  
Iusta placent cælo, iusta colitque Deus.  
Hinc vt ver blandum, biferique rosaria Pæsti,  
Vrbis munifica splendida fama viget.  
Te præsens, te posterior mirabitur ætas,  
Tu portus miseris, perfugique locus.

Adspicis, vt cuncti properent nunc ad tua tecta,  
 Quatuor a ventis vndique turba ruunt.  
 Ac velut in filuis auium se millia condunt,  
 Si cadit imbre aër coniugis in gremium.  
 Sic ad eam fugiunt orbæ, sic et fugit orbus,  
 Fila patrum Parcæ cum properata secant.  
 Hæc cernens, gestansque sinu sua pignora molli,  
 Ad cœli senjor sidera fatur ita:  
 Adsis, alme Deus, nam sublunaria curas,  
 Audi sollicitas, quas precor, oro, preces.  
 O vtinam liceat tandem natisque, mihique,  
 Candida Budissæ tecta subire tuæ!  
 Soles nil melius possint hac vrbe videre,  
 Delicium Superis, Lufatiæque decus.  
 Largiter hinc manat cornu sæcunda bonorum  
 Copia, ceu dulcis vena perennis aquæ.  
 Prefferat ora senex: votorum mœnia compos  
 Intrat, vt optatum nauita puppe locum.  
 Sed tamen, vt stellas micat inter luna minores,  
 Mættigium sidus splendet ab axe poli.  
 Dulce thymum redolens apibus, quas pacis, Hymette,  
 Aut in mellifluis montibus, Hybla, tuis.  
 Dulcius at nobis chari sunt munera Patris  
 Mættigii, semper qui fuit vrbis amor.  
 Hic Vir, non nobis, magno est celebrandus Homero,  
 Axylum superat qui bonitate bonum.  
 Laudabunt alii, Nofter quos gessit honores,  
 Iustus Aristides gessit vt ille suos.  
 Sunt quibus vnum opus est, illos celebrare libellos,  
 Quos a Mættigio bibliotheca tulit.  
 Nos nil percussit, quantum propensa voluntas,  
 Qua fuit in miseris, perpetuoque manet.  
 Sed tamen inprimis en ridet Adorea plenis  
 Dulcis Amaltheæ cornibus alma scholæ.  
 Primi, Vir venerande, tibi debentur honores,  
 Omnia debemus nam bona nostra tibi.  
 O tu Pieridum studiis, Musisque fauebas!  
 Tu quoque præsidium Palladis vsque manes.  
 Dic nobis, iucunda libris operata iuuentus,  
 Quæ nunc Mættigii munera grata capis:  
 Nonne tibi præbet mollissima tempora? nonne  
 Ille est fortunis tristibus ara tuis?  
 Vestibus ille regit nos, et ne frigora ledant  
 Artus, accendit dextera larga focum.

Ze 5079 PA

X 294 3841

Sol quoties facit exiguas altissimus umbras,  
 Et quoties pronus marmora falsa petit;  
 Bis septem iuvenes mensis accumbimus illis,  
 Extremum munus quod morientis erat.  
 Sed quid ego benefacta Viri, quid cuncta laborem  
 Complecti numero? non tamen ullus erit  
 Quem qui scire velit, folia in siluis velit idem  
 Discere quot primo frigore lapsa cadant.  
 Sed cum bis centum Phœbus duodena ferarum  
 Poma per Autumni, transit astra vagus,  
 Præolata redeunt Largi natalia pompa,  
 Quæ nemo digne sat cecinisse queat.  
 Nunc omnis rider schola, sic rident tua terræ  
 Taygete simulac Pléias ora vident.  
 Poscimus, o iuvenes, nunc tollite laudibus illam  
 Lucem, quæ nobis gaudia mille dedit!  
 Iam Charites Nymphis iunctæ pulsant pede terram,  
 Et spargunt feras, munera blanda, rosas.  
 Accurrit siluis Satyrorum rustica turba,  
 Lætitiæ magnos tollit ad astra sonos.  
 Nil nisi Mættigii benefacta sonat schola nostri,  
 Quæ cedente die, quæ veniente, canit.  
 Mættigium recinit Protichæ resonabilis Echo,  
 Mættigium referunt flumina, Sueue, tua.  
 Iamque sacro thuri quod dant immurmurat Auster,  
 Et flammis tremulis talia verba crepat:  
 Ante relabentur scopulosis montibus amnes,  
 Cynthius et versis ante recurret equis:  
 Bruma feret flores, glacie ver vinciet vndas,  
 Et fugient propriis sedibus astra poli.  
 Quam bona Mættigii potant obliuia facta,  
 Quæ sunt æterna viuere digna rosa.



annus letissimus, quartus  
statum restitueretur, fie-  
rent. Exinde quatuor-  
propemodum contuber-  
nate, publicis sumtibus  
CXCI. plures, scilicet  
DCCXXVII. Contra  
DCCXXVIII.



anicum Senatum, ne-  
esse tempori, sed plus  
o tamen ab optimis Vi-  
isq; discipulos audire  
ic frequentia incredi-  
bi-

LXXXV.

CARMEN SECVLARE  
IN  
DVCENTESIMVM NATALEM  
GREGORII MAETTIGII,

DIE XXV. SEPTEMBRIS, MDCCCLXXXV.

FECERVNT

SODALES MAETTIGIANI,

CAROLVS TRAVGOTT HENNIG, LOEBAVIENSIS.  
ERNESTVS TRAVGOTT BORN, BVDISSENSIS.  
IOHANNES CHRISTOPHORVS CASPAR, DAVBITZ LVSTATVS.  
FRIDERICVS AVGVSTVS LEVPOLD, BVDISSENSIS.  
GOTTLOB AVGVSTVS LEISSNIG, HOYERSWERDENSIS.  
AVGVSTVS CHRISTIANVS HOEFNER, BVDISSENSIS.  
IOHANNES IMMANVEL HANSI, WEIFFA MISNICVS.  
GABRIEL AVGVSTVS ZIMMERMANN, BVDISSENSIS.  
ERNESTVS BENIAMIN SCHMIEDER, DAVBITZ LVSTATVS.  
IOHANNES GEDAN, BVDISSENSIS.  
HENRICVS AVGVSTVS BVETTNER, LAVTA MISNICVS.  
IOHANNES CHRISTOPHORVS MROS, QVATITZ LVSTATVS.  
IOHANNES ANDREAS LORENZ, IOEHSTADT MISNICVS.  
THEOPHILVS EPHRAIM TAVERSCHMIDT, DRESDENSIS.

BVDISSAE, LITTERIS VIDVAE SCHOLZIAE.